

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 2. Soluuntur duæ difficultates circa doctrinam propositam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

Et per opera fidei, spei; charitatis, & pœnitentia supernaturalis, meretur de congruo remissionem peccatorum & infusionem habituum supernaturalem, seu iustificationem: vel saltem per huiusmodi actus ad illam se disponit. Itē per preces, sacrificia, usum sacramentorum, elemosynas, & alia bona opera supernatura- lia, potest impetrare sibi auxilia & beneficia gratia, atque ipsum donum perferantur. Potest etiam satisfacere iustus pro suis venia- libus, & pro pœna ex mortalibus remissis su- pestite. Quæ omnia non sunt hoc loco fusiū exponenda, & confirmanda contra haereticos huius temporis, sed supponenda ex tractati- bus de Iustificatione & merito, de Pœnitentia, aliquę locis.

## SECTIO II.

Solvuntur duas difficultates circa doctrinam propositionis.

**C**ontra id quod diximus, non posse homi- nem persona opera naturalia, facta ante primam gratiam vocationis, illam mereri vi- lo modo, ne quidem de congruo aut impetra- tive, duplex occurrit difficultas. Prima funda- tur in Tridentino sess. 6. cap. 8. vbi sic loqui- tur: *Cum vero Apostolus dicit iustificari hominem per fidem, & gratis: ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuas Ecclesie Catholicae conser- vas tenuit, & expressit: ut scilicet per fidem idem iustificari dicatur: quia fides est humana salutis initium, fundamentum & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad fi- liorum eius confortium pervenire. Gratia autem iustificari idem dicimur: quia nihil eorum, quae ius- tificationem procedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promerentur. Si enim gratia est, iam non ex operibus. Alioquin, videtur Apostolus inquit, gratia ita non est gratia. Huc usq; Trident. Cuius postrema verba eneruant ar- gumentum quo probari solet gratiam primæ vocationis non dari propter bona opera na- turalia, viribus liberi arbitrij facta; nempe quia sic non daretur gratis. Nam ex Trident. vt detur gratis, sufficit nondari propter opera naturalia, vt merita de condigno, quamvis de- tur propter illa vt merita de congruo, vel im- petrati. Sicut ex Trid. iustificari gratio dici- mut, id est, obtinere remissionem peccatorum & gratiam sanctificantem, ed quod neq; fides, neq; bona opera que illam præcedunt e. par- te nostra, pro promerentur de condigno ius- tificatione; quia quis illam promereantur de con- gruo, vt docet S. August. ep. 105. & 106. & ad illam disponant, vt docet Trid. Ies. 6. cap. 6. & 7. & sess. 14. cap. 4. Est autem absurdum dice- re enerari a Trid. argumentū illud, quo non modò Theologi, sed & Summi Pontifices. Cœ- lestinus, & Leo, & Concilia Mileuit. & Arau- fican. & SS. Patres August. Prosp. Fulgentius, aliquę frequenter & constanter vñ sunt con- tra Pelagianos.*

Secunda difficultas sumitus ex cōmuni ax- iōmate, Faciēti quod in se est, Deus non dene- gat gratiā: ex quo sequitur quod faciēti, qui- quid in se est per vires liberi arbitrij, & bene- operanti naturaliter quantum potest, Deus gratiam non denegabit. Ergo potest obtineri gratia per bona opera naturalia dispositiū, vel impetrati, & meritorū de congruo. Nēpe quia congruum est, vt Deus prouehat ad ma- iora, eum qui in minoribus fideliter est: & viā salutis ostendat & aperiāt, quārenī quan- tum potest. Vnde etiam docent pleriq; Theo- logorum Deum non permisurum vt moria- tur sine vocatione ad fidem & sufficienti illu- minatione supernaturali, ille qui legem natu- ralem quantum potest seruauerit.

Ad primam difficultatem respondet aliqui Trident. verbis relatis intelligere nomine ius- tificationis, torum illius progressum à prima vocatione vñque ad infusionem gratiæ sancti- ficiantis & remissionem peccatorum inclusiu- mē; sicut aliquando nomine generationis in- telligitur totus progressus à primis dispositio- nibus inclusiu, vñque ad introductionem & unionem substantialis forma. Est autem ve- rum nihil eorum quæ præcedunt iustificatio- nem tam latè sumptuā, eam incréderi ne quidem de congruo: quia opera naturalia, quæ sola possunt præcedere iustificationem tam latè sumptuā, nō merentur primam vocationem.

Sed hæc expositiō in eo peccat, quod fa- cit Conciliū valde equum loquuntur. Nam dubitari nequit, quin verbis præcedentibus cap. 7. nomine iustificationis intelligat re- missionem peccatorum & infusionem habi- tuam, distinguam ab actu fidei, & aliis ope- ribus præiūliis, anquam dispositiōnibus, vt pa- tet ex toto capite 6. & initiō capitis septimi. Et capite 5. dixerat vocationem esse ius- tificationis exordium: per illamque, & gratiā adiuvantem, hominem disponere ad iustificationem. Ergo nisi de eadem lo- quatur capite illo 8. eodem sensu quo præ- cedentibus capitulo 5. 6. & 7. valde equum lo- quuntur, Dinde iustificatio sumpta pro toto progesu, includit fidem & alia bona opera, quæ, velut dispositio[n]es formæ sancti- ficiantis, enumeravit Trid. cap. 6. Atq; Trid. cap. 8. distinguit iustificationē, de qua loqui- tur, à fide & aliis operibus, anquam præ- cedentibus: ergo non loquitur de iustificatione sumpta pro toto progesu, sed solū pro re- missione peccatorum & infusione habituum supernaturaliū, quæ sequitur post actum fi- dei & alias dispositio[n]es, vt ait idē Conciliū initio capitis 7. respectu ad caput 6.

Alij secundo, dicunt Trident. quidem lo- qui de iustificatione formaliter sumptuā & di- stincta à dispositiōnibus: sed nomine fi- dei & operum præcedentium, per quæ di- cit nos eam non mereri, intelligere fidem naturalem, & opera vires liberi arbitrij fa- cta, iuxta sententiam Semipelagianorum.

Verum hæc expositiō est omnino vio- lenta. Neque enim negari potest, quin verbis immediate præcedentibus, nomine fidei, per

Prima ex-  
pliatio  
nē  
difficul-  
tatis  
principio

13.  
Non latet  
facit.

14.  
Secunda  
expositio  
reducitur  
violetta.

quam cum Apostolo ait nos iustificari gratiis, quamue dicit esse initium, radicem, & fundamen-  
tum iustificationis, intelligat fidem super-  
naturalem. Ergo de eadem loquitur quan-  
do immedie<sup>t</sup>e post addit, nos nihilominus di-  
ci gratis iustificari, quia nihil eorum quae iu-  
stificationis præcedunt, sive fides, sive opera,  
ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si-  
militer autem per opera intelligit alios actus,  
quos numeravit cap. 6.

<sup>15.</sup> Alij tertio aijunt concilium per fidem, & ope-  
ra quae iustificationem præcedunt, intelligere  
solum ea quae præcedunt tempore. Hæc autem  
ne de congruo quidem merentur gratiam iu-  
stificationis: sed tanquam ultima dispositio,  
qua natura solum præcedit.

Sed contra: primò, manifestè idem Conciliu-  
m cap. 7. initio per ea omnia quae iustifica-  
tionem præcedunt, intelligit etiam ultimas dis-  
positiones, cùm ait: *Hanc dispositionem completam & perfectam, qualiter descripti cap. 6.) iustificatio ipsa cōsequitur, qua non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, &c.* Affir-  
mat autem cap. 8. generatiter, nihil eorum quae iustificationem præcedunt, ipsam promerentur. Ergo intelligit ultimam quoque dispositio-  
nes non eam promereri. Nam & illæ quoque præ-  
cedunt, iuxta phrasim Tridentini, & iustifica-  
cio illæ consequitur, ut ait cap. 7. initio. Se-  
condò, idem Concilium eodem capit. 7. assi-  
gnans causam iustificationis formaliter sum-  
ptæ, & distinctæ ab omnibus dispositio-  
nibus, dicit causam eius efficientem esse misericor-  
dem Deum, qui gratuitè abluit & sanctificat.  
Ergo censem adhuc post ultimam dispositio-  
nem gratuitè dari iustificationem. Confirma-  
tur, quia nūquam idem Concilium afferit iu-  
stificationem dari vt mercede responden-  
tem merito: sicuti afferit de augmento gratiæ,  
gloriæ, & augmento gloriæ. Ergo censem iu-  
stificationem dari gratis aliter quam augmen-  
tum gratiæ, & gloriæ, atque augmentum  
gloriæ: tamen si hæc dantur gratia remota, in  
radice prime vocationis. Intelligit ergo iu-  
stificationem dari gratis, etiam proximè & im-  
mediate. Adde quòd ratio à Tridentino ad-  
ducta id postular, *Si enim gratia est, iam non ex operibus, quod de immediatis, & in natura solum præcedentibus. Quæ verum est.*

<sup>16.</sup> Idem arguitis refutare, quod ait Heri-  
cice dñs 25. num. 90. Tridentinum loqui tan-  
tum de fide & operibus, præcedentibus ultimam  
dispositionem ad iustificationem, cui  
soli, & non alijs præcedentibus annexa est infal-  
libiliter iustificatio: ideoque sola est meri-  
tum de congruo, habens infallibilem conne-  
xionem cum præmio ex promissione Dei.

Alij quartò respondent Concilium loqui  
de fide & operibus supernaturalibus qui-  
dem, sed propter ex nobis sunt, non autem  
prout ex gratia fiant. Prout autem à nobis  
sunt seclusa gratia consideratione & digni-  
tate, non merentur de congruo gratiam iu-  
stificationis.

Sed contra: idem & i posset de nostris  
meritis de condigno, & tamen Tridentinum

nunquam negat augmentum gratiæ & glo-  
riæ dari ex merito, sed potius distinxit con-  
trarium affirmat. Longeque aliter sequitur de  
iustificatione & de eius augmento, ac de glo-  
ria, ut ante scotaui. Secundò, hæc expositi<sup>o</sup> fa-  
cit vt ne quidem Trident. loco citato definitur  
iustificationem non ita dari gratis, vt non  
detur ex operibus nostris tanquam meritis  
de condigno prout sunt ex gratia: quamvis  
eadem opera non sint merita de condi-  
gno, neque de congruo, seclusa gratiæ con-  
sideratione cuius viribus & influxu sunt at-  
que nobilitantur.

Alij quinto dicunt Tridentinum loqui tan-  
tum de merito de condigno, solumque ase-  
rere nihil eorum quae præcedunt iustificatio-  
nem, eam mereat de condigno. Neque pro-  
pterea eneruari argumentum Patrum & Con-  
ciliarum contra hæresim Pelagianorum & Se-  
mipelag. quia Paſtes & Concilia eodem sen-  
su, quo Tridentinum, contra illos argumen-  
tantur: quippe qui ponebant in illo suo initio  
fidei vel salutis per vires naturales, meritum  
de condigno. Sed hoc incertum faciunt quæ  
in contrarium opponi solent. Primò quod ip-  
simus Semipelagiani prosteri videtur inter-  
duum se loqui tantum de merito de congruo.  
Sic enim habet Cassianus, inter ipsos pra-  
cipuus lib. 12. de institutis Renunciantum  
cap. 14. *Dicimus enim secundum Salvatris  
sententiam dari quidem peccatis, & operi-  
bus pulsantibus, & à querentibus innervi. Sed  
petitionem & inquisitionem, & pulsationem  
nostram, non esse condignam, nisi misericor-  
dia Dei id quod petimus, dedatur. Et col-  
latione 13. cap. 13. Ne videatur irrationalis  
Dei munificentia ( nimurum per ac-  
ceptionem personarum ) gratiam suam sub co-  
lore cuiusdam desiderii ac laboris imperii  
& nihilominus gratia Dei semper gratia pa-  
neferat, cum exiguis quibusdam parsimisque co-  
gratiis tantam immortalitatis gloriam, tam  
pereunis beatitudinis dona inestimabili vi-  
buit largitate. Quibus verbis ostendit se  
demissus sentire de merito humani deside-  
rij, conatus, & laboris, gratia previa;  
quam vt velit esse meritum de condigno,  
id est, habens de se, & secundum suum  
valorem, condignitatem & æqualitatem cum  
præmio.*

Secundo, Augustin. Prosper, Fulgent. alii  
que Paſtes Semipelagianos refutares, nun-  
quam hunc errorēmis tribuunt: sed potius  
significat illos fuisse contentos merito de  
congruo. *Vide*, inquit August. libro de  
prædestin. Sanctorum cap. 2. *Si quid agitur  
isto modo, nisi vt gratia secundum merita nostra deus  
quilibet modo: ac sic gratia non sit gratia.* Eodēq;  
libro s̄pīus & sequenti de dono perseueran-  
tia, reprehendit in Semipelagianis, quod  
ioperibus natura ponent meritum, qua-  
le nos ponimus in fide supernaturale respectu  
remissionis peccatorū. At hoc est tanquam me-  
ritum de congruo, quod ipſem Aug. ad-  
mittit epist. 105. longe ab initio, cum scit:  
*Sed neque ipsa remissio peccatorum sive aliqua  
merita*

merito est, si fides hanc impetrat. Neque enim malitia est meritum fidei. Quia fide ille dicebat, Deus propius esto mihi peccatori. Et descendit iustificatus merito fidelis humiliatus. Et epist. 106. Si quis dixerit quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, immo grauiissime confitemur. Tertio, Concilium Aravicanum, celebratum contra Semipelagianos, non eos damnat quod in operibus naturalibus ponere meritum de condigno: sed generaliter quod gratiam facerent natura pedisse quam, quodque vellent initium gratiae sumi ab illis operibus: nobisque sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, & pulsantibus, misericordiam conferri, vi patet ex canonibus, 3. 6. & 7. relatis supra num. 3.

Denique ratio quae moxebat Semipelagianos ut tale initium gratiae ponerent in operibus natura, erat ut à Deo remouerent virtutem acceptio personarum. Atqui satis remouebant ponendo meritum de congruo: ergo non erat, car. illis tribuerent meritum de condigno. Debuerunt nam ex illo fundamento tribuere illis meritum de congruo infallibiliter connexum cum præmio, cuiusmodi non est quocunque meritum de congruo. Alioquin enim manisset difficultas, quomodo Deus non esset acceptor personarum, concedens vni gratiam, & non concedens aliis, propter eadem opera naturalia? Et quamvis his omnibus responderi probabiliter possit, illigique non obstantibus probabilius sit Semipelagianos, & quæ ac Pelagianos, tribuisse operibus naturalibus vim merendi de condigno, respectu gratiae, ut dicemus in tract. de gratia, vbi prædictis argumentis respondemus. Cum tamen res incerta sit, & non pauci grates Theologi contrarium sentiant cum probabilitate, non puto verum sensum definitionis Tridentini à fundamento tam incerto pendere.

Reiectis itaque his respondendi modis censeo Tridentinum verbis relatis ex capite 8. fess. 6. per gratiam iustificationis intelligere, ut vbique alibi, iustificationem formaliter & præcisè sumptam: & per fidem, & opera quæ illam præcedunt, intelligere actum fidei supernaturalis, & alios actus disponentes ad iustificationem, quos enumerauerat cap. 6. Cum autem dicit, Nil hilorum quæ ipsam præcedunt, nimur neque fidem, neque alios actus prærequisitos, eam promereri: loquitur tantum de merito de condigno. Neque enim existimandum est doctrinam S. Augustini paulò ante relatam, hoc capite dannari. Ad hoc vero probandum valet à fortiori ratio quam subiungit: si enim gratia est, iam non ex operibus. Alioquin ut idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia. A fortiori, inquam: si enim gratia excludit opera ut merita de congruo, iuxta Apostolum verbis relatis: multo magis ea excludit ut merita de condigno. Potest autem hæc definitio Concilij

Tomus I.

Tridentini & argumentandi modus, cum doctrina & modo argumentandi sanctorum Patrum & aliorum Conciliorum ac Sacrorum Pontificum facile conciliari, si dicimus, duplice aliquid dici fieri gratis. Primo, pure gratis: & tunc non sit exullo merito, sive de congruo, sive de condigno. Secundo, non pure gratis, sed ex misericordia vel liberalitate adjuncta operi de se insufficienti, & cum omnibus suis operibus tantis adhuc indigo tanto beneficio. Et tunc non repugnat fieri ex merito de congruo, id est, cui propter quandam decentiam conceditur tale beneficium, superas eius valorem & dignitatem. Priori sensu loquuntur & argumentantur Patres, Pontifices, & Concilia antiqua, contra Semipelagianos, disputando de prima gratia vocationis, quæ data purè gratis. Posteriori sensu loquitur Tridentinum fess. 6. cap. 8. vbi nō emat Semipelagianos, quos obiter tetigerat cap. 5. dicens exordium iustificationis sumi à gratia præueniente, hoc est, ab eius vocatione, quia nullis eorum existentibus meritis vocantur: Sed contra Lutheranos exponit quo sensu iustificatione formaliter sumpta dicitur fieri gratis, quamvis ad illam prærequirantur in adultis fidès & aliqua bona opera. Gratis, inquam, proximè, & non tantum r̄modo in radice primæ vocationis, quæ datur purè gratuitè.

Dices sanctos Patres & Concilia probare contra Semipelagianos primam vocationem dari purè gratis, quia alioquin non esset gratia. Si enim ex operibus, iam non est gratia. Respondeo primo, non probare ex illis solis, sed adiuncta aliis quæ ostendunt dari purè gratis, & esse putam gratiam: cuiusmodi sunt illa citata ab Aravicanico supra num. 3. ex can. 6. & 7. Et ab Augustino passim, Quid habes quod non acceperis? Sine me nihil potest facere. Non quod idonei sumus cogitare aliquid à nobis, nisi ex nobis: sed sufficiencia nostra ex Deo. Respondeo secundo, bene ex eo probare, quia gratia prima vocationis non est gratia, si debetur infallibiliter natura operibus, ut volebant Semipelagiani, quemadmodum ex eisdam fundamento clavis deduximus numero 19. Quidquid enim debetur naturæ eiusque operibus, & præterim infallibilitate omnicuique, non est gratia propriæ dæta, & distincta à dono creationis, de qualis erat cum Pelagianis & Semipelagianis; ut patet ex Actis Concilii Palæstini, & ex Aravicanico secundo can. 5. & 7. variisque D. Augustini locis.

Circa secundam difficultatem initiò propositam, non defuerunt Theologi qui dicentes opera bona naturalia disponere ad gratiam, & esse causam prædicti nations. Quod tamen varie opinati sunt. Nonnulli enim docuerunt opera naturalia non modo disponere ad primam gratiam vocationis, sed etiam ad gratiam sanctificantem: idque proximè & immediate,

altera difficultas sumpta ex axiomate, Facientes quod in se est, Deus non denegat gratiam.

Aliquid Theologus impigeret in euc. m. Semipelag. c. 2. vocatione meritis naturalibus, atque communiter seu regulariter & infallibiliter. Ita Scotus in 4. distinct. 14. qu. 2. s. De secundo, vbi etiam dicit talem dispositionem esse meritum de congruo ad remissionem peccati mortalis: esque difficile Deum excusare à vitio acceptiois personam, nisi d'his talis dispositione: & Gabriel eadem distinct. quest. 1. art. 2. post conclusio- nem quintam lit. s. vbi a. eccatorem se disposer. sufficienter ad iustitiam & remissionem peccati, per detestationem peccati cum communi Dei influxu naturaliter conceptam. Et in 3. distinct. 27. qu. vñica art. 3. dub. 2. discrete affirmat posse hominem diligere Deum super omnia ex puris naturalibus, tam ex parte intellectus, quam voluntatis: perque huiusmodi dispositionem consequi iustitiam gratiam, non modò primam auxiliantem: sed etiam iustificantem, id est, charitatem, & remissionem peccatum mortaliū. Ad eundem errorem proxime accedit Caietanus tomo I. opusculorum tractatu 4. qu. 1.

Alij negarunt id fieri communiter: voluerunt tamen in casu inculpabilis ignorantiae legis Euangelicæ, ut notitiae quod Deus offendatus peccatis hominum, sufficere opera naturalia, non modò ad primam gratiam excitantem: sed etiam ad iustificantem. Ita Andreas Vega lib. 6. in Trident. cap. 20. & sequentibus. Et lib. 13. cap. 25. totus vero in 4. sententiæ distinct. 18. qu. 3. artic. 3. & Canus in electione de pœnitentia, censem dolorem naturalem sufficere ad iustificationem in sacramentis baptismi & pœnitentia.

Alij tertio, licet negant opera bona naturalia esse proximam & sufficientem dispositionem ad iustificationem in illo casu: senserunt tamen posse dari dispositionem sive ad gratiam vocationis, sive ad fidem, per opera bona naturalia viribus liberi arbitrii facta. Ita Ricard. 2. dist. 28. & vñimum idem docet Durandus in 2. dist. 28. qu. 5. & Iauellus in tract. de pœnit. ad 1. p. D. Thomæ quest. 23. cap. 5. Idem quoque videtur sensisse D. Thom. in 2. dist. 9. qu. 2. art. 1. & dist. 28. qu. 1. art. 4. & qu. 14. de veritate art. 21. in refutacione ad 1. sed ab e. roze illum liberare, & in bono. in sensu explicare conatur Hec. disp. 26. cap. 3. num. 25. Omnidè astrem si ita sensit, retractat sententiam, & contrarium docuit in posterioribus suis operibus, nempe in quodlibet 1. artic. 7. vbi ait pertinere ad errorem Pelagianum, dicere quid homo posse ad gratiam preparare absque auxilio diuinæ gratiæ: esque contra Apostolam, qui dicit ad Philippiens. 1. Quicquid in vobis opus bonum, insuperficiet. Et 1. part. quest. 23. art. 5. in corp. & p. 2. quest. 13. artic. 6. vbi ex professo hac de re disputat, concludit hominem non posse ad gratiæ le preparare sine auxilio.

gratiæ: sed oportere presupponi aliquod auxilium gratuitum Dei, animam inueniens, seu inspirantis bonum propositum: iuxta illud Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi patet qui misit me, traxerit eum.

Cuiuscunque autem fuerit illa sententia, continet errorem Semipelagianum, damnaturque aperte à Concilio Araufiaco. non canonibus suprà relatis numero tertio. Dua vero priores, deteriores sunt, & ad Pelagianismum magis accidunt: damnaturque non solum ab Araufiaco ibidem: sed etiam expressè à Tridentino sessione 8. canone 3. vñi generatim sic pronunciat: Si quis dixerit sine spiritu sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitire posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Loquitur autem Concilium generaliter, etiam de iustificatione quæ fit per sacramenta, ut patet ex cap. 7. & 7. de iustificatione facta per sacramentum pœnitentia cum contritione, vel attritione, idem docet sess. 14. cap. 4.

His ergo erroribus rejectis respondendum est ad difficultatem propositam, vñrum sensum illius axiomatici, Facientem canonicum quod in se est, Deus non denegat gratiam, duplacenit esse. Primum, Facientem padit, quod in se est cum auxilio gratiæ, Deum non denegare gratiam vñteriorem, ad quam illum incitat & adiuuat. Secundum, Facientem quod in se est, per vires naturales, & quantum potest vires peccata, legi naturali opposita, beneque operanti moraliter, Deus non denegat gratiam, non tanquam illam merenti, aut ad illam se disponenti (dispositio enim debet habere aliquam proportionem cum forma, quam non habent opera naturalia cum gratia) sed tanquam remouenti impedimentum vocationis, & illuminationis diuinæ per Christum, qui est lux illuminans omnem hominem, venientem in hunc mundum. Ioan. 1. Nam si Deus illos etiam illuminat misericorditer & gratuitò, qui percep- tata ponunt impedimentum illuminationi: multò magis eos qui faciunt quicquid possunt vt vocationi ac misericordia diuina obstatulum non ponant. Quare in re id presumunt Theologi de Dei bonitate, & sine ea voluntate saluandi omnes homines: quod nimis si faciunt quicquid possunt, Deus saltem aliquando ante mortem eos illuminabit sufficienter ad salutem. Si autem aliqui Theologi plus operibus naturalibus tribuerunt, populumque aliter docuerunt: fuerunt illi pauci sive numerati, quibus longe maior pars Theologorum restitit. Quæ nunquam pars Ecclesiæ maior in illorum errorem fuit inducta.

## SECTIO III.

An unus possit esse alteri causa totius sue  
prædestinationis?

27. **Q**uestio est de puris creaturis. Nam de Christo dicemus sectione sequentia. Loquimur etiam de causa meritorum, eodem sensu quo diximus sect. I. Quo supposito.

Nulla autem creatura est se alteri causam totius sua prædestinationis formalis. Ratio est quia non est causa illius effectus antecedens, per modum simplicis desiderii saluandi omnes, quem Deus habuit independenter à prædictione operum creaturarum, ac proinde independenter ab earum meritis. Nec obest quod aliqui precibus suis impletant alios existentiam & natuitatem. Quia, ut iam alii diximus, non propterea illis impletant voluntatem illam Dei generalem saluandi omnes homines quomodounque futuros sed tantum impletant subiectum in quod cadat illa voluntas, & obiectum illi quodammodo applicant. Ut incola regni qui filium gigant, non facit eum formaliter subditum regi; sed facit hominem, qui sit subditus regi vi institutionis iam olim factæ, quod omnes incolat alii regni, eorumque posteri erunt subditi tali vi regi, puta Pharamundo, cuiusque successoribus. Et pater non est causa peccati originalis, quod contrahit filius: sed est causa eius qui contrahit peccatum originale, propter peccatum Adæ, & pactum cum illo initium.

Dico secundum: Nullam puram creaturam esse alteri causam meritorum totius sua prædestinationis obiectum. Probatur quia licet possit unus alteri mereri plurima gratia auxilia & beneficia, atque etiam ipsam primam vocationem, vt ostendemus conclusione sequenti: non tamen meretur ipsum suum meritum, quoad omnia quæ supponit, & sine quibus non potest esse opus meritorum. Supponit enim remorè primam vocationem merentis, eiisque consensum, quæ non cadunt sub eius merito. Atqui meritum illud est unum ex effectibus prædestinationis hominis illius in cuius gratiam sit. Ergo non meretur saltem illum effectum prædestinationis alterius. Major patet ex dictis sect. I. Minor probatur primò ex D. Augustino libro de bono perseveri cap. 22, ubi sic loquitur: si qui sunt nondum vocati, pro eius ut vocentur oremus. Fortassis enim sic prædestinati sunt, ut nosris orationibus concedantur: Et Gregorio lib. I. Dialogor. cap. 8. ubi ait prædestinationem, tamen solùm iuuari precibus sanctorum: quia ipsa quoque regnis regni prædestinationia est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi per laborem præueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis Deus ante secula dare dispositus. Quod

enim loquatur Gregorius de sanctis postulantibus non pro se tantum, sed etiam pro aliis, patet exemplo quod mox assert, Isaac orantis pro conceptu Rebbecca, ex quo Jacob & Esau nati sunt. Probatur secundò ratione: quia oratio v. g. S. Stephani facta pro salute D. Pauli, quæ eius conversionem impetravit, fuit sine dubio ex inspiratione & motione Spiritus sancti, qui Stephanum impulsit ad orandum pro Paulo, ex affectu & desiderio salutis ipsius. Ergo Spiritus sanctus intendebat illum saluare, & viilius intentionis assumebat hoc medium, nempe motionem Stephani ad orandum, eiisque orationem pro conuersione Pauli. Ergo Stephani oratio fuit unus ex effectibus prædestinationis Pauli. Nam est beneficium gratiae respectu Pauli, datum specialiter ad ipsius salutem, datumque ex intentione illius. Neque refert quod oratio illa sit extrinseca Paulo: quia non sola beneficia gratiae intrinseca, & inherencia prædestinato, sunt effectus prædestinationis ipsius, sed generaliter quæcunque gratiae beneficia, per quæ veluti media, vel conditiones, aut dispositiones, Deus perducit electos in finem viræ eternæ prætentientem, electa seu præparata ab aeterno, & exhibita in tempore vi illius intentionis.

Dico tertio: Potest unus alteri mereri suam prædestinationem ex parte, tam formalē quam obiectuaria. Probatur quia potest unus alteri impletare plurima gratia beneficia, atque etiam ipsam primam vocationem, conversionem, & perseverantiam, hoc est, reliqua necessaria ut saluetur, & per quæ salvatur reipsa. De prima vocatione hoc indicat S. Augustinus verbis suprà relatis ex cap. 22, libri de bono perseverantia. Et Ecclesia vniuersitatem omnia postulat a Deo, supponens obrineri posse, postulat enim cum spe impetrandi. Sensuque communis eiusdem Ecclesia, & Sanctorum Patrum est, profuisse Patribus preces S. Stephani: & Augustino preces ac lacrymas Monica matris. Iacobus quoque Apostolus cap. 5. sua epistola vers. 16, sic nos hortatur: Orate pro inde ut saluemini, nullum enim valet deprecatio nisi fidua apud Deum. Iam vero qui meretur, aut impetrat aliquid alteri, quod alter non potest obtainere nisi per voluntatem Dei, meretur quoque aut impetrat ut Deus illud dare vellet. Quare quisquis meretur aut impetrat alteri partem sua prædestinationis obiectum, meretur quoque vel impetrat partem formalis, id est, ut Deus vellet illi conferre dona gratiae & gloria, quæ illi meretur aut impetrat.

Notandum tamen hoc: meritum longè differre à merito Christi. Nam Christus nobis de condigno hac omnia meruit, & ex lege infallibili, ut dicemus sectione sequenti. At unus homo alteri (idemque dico de Angelis) meretur tantum de congruo, & ex

28.  
Potest unus alteri mereri suam prædestinationem ex parte.

Oo 2